

Porro verba illa, Confestim Domine Deus noster audiat in Urbibus Judae & in plateis Jerusalem vox gaudii, & letitia, vox Sponsi & Sponsae, satis designant recentiore esse formulam eversione Jerusalem & Judaeorum omnium dispersione. Vetusiores planè benedictionum formulas exhibet Scriptura, in ea qua fratres Rebecca forori imprecati sunt, cum ad Sponsum Isaacum iret. Soror nostra es crescas in mille milia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum (e). Cum Ruth Booz nu-

phisset, omnes qui ante fores Urbis fortè aderant, ita nove nupte (f) faustè acclamant: Faciat Dominus hanc mulierem, qua ingreditur in domum tuam, sicut Rachel & Liab, qua adificaverunt Domum Israel (perpetuè nempe filiorum serie) ut sit exemplum virtutis in Ephrata (economiæ nempe maritalisque virtutis) & habeat celebre nomen in Bethleem, fiatque domus tua sicut Phares, quem Thamar peperit Juda, de semine quod tibi dederit Dominus de hac puella &c.

e Gen. 24.

IN LIBRUM SAPIENTIAE PROLEGOMENON.

Scriptos à Salomone, vel ipsi attributos Libros, vetus & constans Ecclesiae consuetudo Libros Sapientiales denominat. Patribus non rarè sub generali titulo Sapientia Salomonis laudantur [a]. Ecclesiae autem stilo Sapientia Salomonis nomine non Opera tantum ejus Regis designantur, sed Liber etiam Ecclesiasticus, sicut & alterum Opus, de quo nobis est in praesentia sermo, excellentiae quodam privilegio Liber Sapientia, vel ut legunt Graeci, Sapientia Salomonis appellatum. Alter tamen à Salomone ejus Auctoris habendus est, nemine scriptum ab eodem Rege asserente; quamquam ab omnibus velut summa axiomatum & sententiarum ipsius suspicitur. Obinet etiam apud Priscos (b) nomen Panaretos, i. e. virtutum thesaurus, sive documentorum collectio. Nec aliter planè nomen Sapientiae sic usurpatur, quam pro Religione, pietate, timore Dei & iustitia, diversà planè significatione quam quæ eidem voci apud Paganos tribuitur, cum apud illos vix unquam Religio sonet & solida virtutis exercitium, sed potiùs sterilem quandam notionem veritatum generalium, & morali disciplinae ac virtutis planè naturalis, illustrando intellectui aptam, voluntati verò ad virtutem inclinandam ineptam.

c Sap. 1. 1. & 6. 1. 2. 3. 10. 21. 22. d Sap. 7. 2. 3. & 9. 7. 8.

e Sap. 7. 1. &c.

f Sap. 1. 2. & 6. 14. & 7. 7. 8.

precum monetâ emitur sapientia, quin & illa quærentium studia prævenit, atque obvia venientibus sincero animo occurrit. Adicit simul animum Auctor removendis obviis quibuscunque in hac viâ obstaculis, quæ tamen omnia ipsi sibi opponunt mortales, nulla ponuntur à Deo [b]. Frustra homines accusant naturam, ejusque imbecillitatem & corruptionem. Letho, & peccato nullus parit à Deo in mundum aditus, sed illis fraude Dæmonis & pravitate hominum præstructa via. Deus enim hominem creavit innocentem (i), & immortalem, ille verò suo crimine, è dato sibi privilegio excidit. Quorsum hæc? an propterea omnis illi præclusus ad sapientiam aditus? Minime hoc quidem; ope enim Dei ad illam potest adire, ejurato prius crimine, & dolo. Gaudet Deus sincero famulatu, & recto corde; abhorret autem sapientia ab anima corrupta, & dolosa.

Verò deinde stilo adversus incredulos, animæ immortalitatem asserit, eos pariter castigans, qui beatitudinem suam in eo constituunt, ut voluptatibus penitus se dedant; in suum caput mortem provocare asserit, atque partibus se Dæmonis tradere, qui pravitate suâ, & invidia hominem in summum malorum pertrahere nititur (k). Exhibet virum justum invidiâ, obreclationibus, iniustis damnationibus, & morte ipsâ violentâ oppressum; quæ sanè omnia mirè quadrant cum Historia Passionis Jesu Christi (l). Impios ad iudicium Dei, & extrema in altera vita supplicia, provocat; neque minus angentur, ait, visâ Justorum beatitudine, cujus ipsi futuri sunt testes (m). Sanctorum deinde prosequitur felicitatem, quos exhibet in statu perpetuæ pacis, gaudii, & gloriae, æternâ beatitudine fruente. Eos Reges, eos Judices in Cælo repræsentat gloriosum imperium obtinentes, & ed gloriosius, quod magis in terra temebantur [n]. Laudes prosequitur virginitatis quam incontinentiæ & adulterii (o) opponit, adulteris, inquam, quorum posteros mala omnia, brevior vita manet (p).

h Sap. 1. 3. 4. 12. &c. & 2. 24.

i Sap. 1. 14. 15. & 2. 23.

k Sap. 2. 1. &c.

l Sap. 2. 13. &c.

m Sap. 5. 20. &c. & 6. 6. 7. n Sap. 3. 1. &c. & 4. 7. 8. & 5. 16. 17. o Sap. 3. 13. 14. & 4. 1. &c. p Sap. 3. 16. 17. & 4. 3. &c.

Ma-

Magnificis verbis Sapientiam effert, vel ea illi tribuens, quæ soli Divinitati, cuius emanatio est, propriè deberi scimus. Hanc enim relevat titulo Spiritus Dei, Spiritus Sancti, Creatoris, qui omnia simul, & amplitudine suâ replet, & intuitu lastrat, cui nihil impossibile, essentia suâ singularis, effectibus multiplex (q). Odor est, inquit, Sapientia, vapor è virtute Dei elevatus, splendor ipsius emanatio, candor lucis æternæ, lucidum speculum Majestatis Divinæ, imago ejus Bonitatis, quæ una in se multa simul, & omnia potest, & invariata innovata omnia. Nemo à Sapientia alienus à Deo amatur (r). Per Sapientiam Deus hominem creavit, eademque utitur jugi throni sui assistrice. Quare Deum rogat Auctor, ut Sapientiam è summo Cælo ad se demittat, cujus ductu utatur & disciplina (s). Quæ ex ea Sapientia comparantur hominibus commoda, experimento suo relevat (t). Adam in profundum malorum dejectus, Sapientia relevante recreatus est (u). Noe per Sapientiam placuit Deo, in medio generationis corruptæ incorruptus ipse servatus (x); Abraham & Loth ambo Sapientiae opem experti sunt; ille in generali Mundi depravatione iustus, hic incendio Sodomitico illafus. Recitat historiam Jacob, & Joseph, sicut & Moyses, ac Hebræorum in Ægypto & in deserto; percurrit clariora in eorum favorem à Deo facta prodigia; quippe quæ totidem Sapientiae decora videantur. Sedulam instituit comparationem inter diffitas illas Providentiæ vias, per quas Deus Ægyptos & Hebræos deduxit; his enim se benevolam patrem, illis justum iudicem exhibuit. Idololatricæ ab ipsa origine historiam retexens, quæ inde mala, quæ absurda, quæ perniciosa sequuta sunt omnia, exponit (*), ejus simul exitum & eversionem prædicans (†). Tum prosequitur Idololatricam cæcæ agendi rationem supra homines, ed lugendam magis, quod nullam prætereundè possunt excusationem, quin in Creaturis noverint Creatorem (y). Tandem nullus est in Scriptura Liber, in quo augustiora de Deo grandioribus verbis prædicentur (z).

q Sap. 1. 6. 7. & 7. 22.

r Sap. 6. 25. &c.

s Sap. 9. 2. &c.

t Sap. 7. 11. 12.

u Sap. 10. 1. 2.

x Sap. 10. 4.

* Sap. 13. 11. 12. & 14. 14. 15. & 15. 7.

† Sap. 14. 12. 23. &c.

y Sap. 13. 1. &c.

z Sap. 11. 22. 23. & 12. 1. 2. 15. . . . 19.

a Sap. 14. 15.

b Vide Comment. ibid.

c Sap. 10. 15. d Ezech. 20. 8. & 2. 3. 3. & 26. 1. 2.

que Prophetarum in ipsum idololatricæ crimen prolapsos constat. Probat Hebræorum furtum, quo Ægyptiorum res subriperunt [e]; id enim tanquam debitum laboribus ipsorum præmium, & ex receptis injuriis levamentum aliquod habendum censet. Plura historis à Moyse descriptis addit. Persuasum habuisse videtur, Abrahamum Turris Babelicæ constructioni synchronum vixisse; quamquam ita se, qua erat sapientia & prudentia, gubernavit, ut inter pronos ad Idololatricam populos penè solus steterit (f). Chanagos accusat Magice superstitionis (g), eisdemque traducit, quasi gentem carnivoram [h], muscas & vespas colentem [i], quorum criminum nunquam in Scriptura accusantur. Colebant quidem Philistæi Beelzebub Deum muscarum; sed gens illa originem de Chanaanite non referebat.

e Sap. 10. 17.

f Sap. 10. 5. g Sap. 12. 4. h Ibid. vers. 5. i Ibid. vers. 2. 3. 24.

k Exod. 9. 24.

l Sap. 16. 18. 19. 20. m Exod. 8. 13. 14. 31. n Sap. 16. 20. &c.

o Num. 11. 15.

p Sap. 17. 3. 4. 6. 15.

q Sap. 19. 7. 8.

r Sap. 19. 11. 12.

s Vide Comment. in hunc locum.

Asserit ignem illum, quo imbre & grandine admixtâ Cælum pluit in Ægyptum (k), pepercisse insectis ad Ægyptiorum perniciem immittis, quasi scilicet muscæ, ranæ & cetera hujus generis substitissent adhuc (l), nec Moyse exterminante jam periissent (m). Mannam describit veluti dapem in Cælo paratam ad cibum Angelorum, in qua sapores omnes quoscunque optarent, Hebræi experirentur (n); cum tamen Moyse referente Num. 11. 8. constet, manne saporem ad panem oleo subactum accessisse, ejusque fastidium tenuisse tandem Hebræos; & ita tenuisse, ut ne respicerent illam adhuc sustinerent (o). Plura apud illum de spectris, Ægyptiis objectis toto eo triduo, quo terræ faciem universam tenebræ occuparunt, nullâ nisi fulminum luce cinmeritâ illâ nocte internitente (p). In historiis transfretationis Erythræi multa addit, quæ fabulam subolere videntur, ut quæ de herbis & arbuticulis inum maris fundum vestientibus [q]. Coturnices in Castra Hebræorum demissas, divino miraculo productas non secus ac ranæ & muscæ in plaga Ægyptiaca, censuisse videtur (r).

Verum hæc omnibus simul reponendum, i. Naturalis juris postulare æquitatem, ut cum de Authore vitâ sancto, qui suam defendere causam non potest, agendum est, ejus verba benignâ quantum fieri potest interpretatione molliantur, neque ad rigidum unquam sensum trahantur, ni fortè vis aperta veritati repugnet. Nihil autem ex iis, quæ in Librum opponuntur, ita pravum sensum refert, ut æquior non patiat, & veritati consonum [s]. Ut quid igitur ex illis invidia in Authorem creetur? 2. Quod ad additiones spectat, solemne est Sacris Historiis, neque alienum omnino à Prophanis, ut omnia ab uno alterius sedulitate suppleantur.

Dicit fortasse quispiam, hæc quidem vera esse cum de Authoribus agitur synchronis, historias sui temporis vel paulò vetustiores referentibus. Nobis autem, inquit, res est cum Authore longè ab ætate Moysis remoto. Respondeo, rerum gestarum memoriam duplici ad posteritatem viâ

Dissert. Calmet. Tom. I.

LII 2 trans-

transmitti, scriptio nempè, & traditiōne: itaque si quæ in scriptis rerum monumentis desiderantur, hæc ad Authorem per traditionem deferri poterunt. Tandem si Dei inspiratione scriptum est Opus, quod nos certum constituimus, & mox adductis rationibus probabimus, nihil est cur invidia in Authorem creetur, nisi si fortè aperta quædam in ejus Lucubrationibus repugnantia cum historia sacra, & veritate ac Religione deprehendantur, qua de re ne hilum quidem in Libro Sapiētiæ.

Quæ de Regno Joseph in Ægypto leguntur, hæc non de imperio quidem dīpocico sed ad nutum administrato intelligenda sunt; qua etiam phraſi uſos novimus fratres ejusdem Joseph ad Patrem loquutos, Gen. 45. 26. *Joseph filius tuus vivit, & ipse dominatur in omni terra Ægypti.* Hebræi jugo tyrannico Pharaonis oppressi iusti erant & sine crimine, non quidem coram Deo iudice, cujus flagello in pœnam admiffa idololatriæ cædebantur, sed coram Pharaone cæterisque Ægyptiis, quos nullo in se crimine provocatos, adversarios experiebantur. Hebræorum furtum, quo Ægyptiorum utensilia sustulerunt, S. Scriptura nunquam accusat, quin & Interpretes solidis congestis rationibus defendunt. Chananaeos illorum criminum reos non immeritò Author condemnat; quin & multò loquitur indulgentius, quàm cæteri eadē de re S. Scripturæ Libri. Additamenta ad historias à Moyſe relatas jam supra defendimus. Reliqua in Commentario exegimus.

Viri quidam eruditi objectionem hanc suam adversus Authorem huius Operis nobis propofuerunt. Si alter est Libri Author à Salomone, ut quid ergo se tanquam Salomonis personam gerens obtudit? Num Spiritus Sanctus hæc suggerit Sacris Authoribus, ut personam alterius mentiantur? Hisce reponimus, Scriptorem hunc, quicumque tandem fuerit, nihil præstitisse dolofum & mendax. Profopopejam scribit, genus quoddam parabolarum imitatus, qua conciliandæ sibi autoritatis gratiâ, amplissimi alicujus viri personam assumit. Ita pariter mulier illa Thecutitis (t) Davidem alloquens, viduatam se filio simulavit. Prophetata Israelis vulneratum se dixit (u), quod captivum abire permiffisset. Nathan commissum à Davide cum Bethabee crimem arguens, parabolam advenæ cujusdam ementitur (x), ac tandem familiarissimum est Prophetis, ut Deum, Moyſem, Abrahamum loquentes inducant.

Consilium fuit Authori scribenti, ut justam de origine & scopo veræ sapiētiæ ideam Paganis ingereret. Deperierunt Greci Philosophiam; sed in ea, qua tenebantur, veri illius Authoris ignoracione, suâ illam industriâ se comparatuos spondebant. Quare Author Sapiētiæ donum esse Dei demonstrandum aggreditur. Quid autem Sapiētia apud Paganos? aliis sterilibus rerum contemplatio, aliis ad arbitrium præscripta moralis scientiæ disciplina, ipsas aliquando humanas vires excedens, quæ erat Stoicorum sapiētia; aliis virtus naturalis,

vitam honestam ad rationis normam dirigens. Authori aliter visum; namque & Sapiētiā proponit supernaturalem, & Deum illi finem ejusque sanctitatem scopum constituit. Idololatriæ dedecora ab ipsa origine, miros progressus, horrorem & confusioem revelans, ipsam destrueret nititur. Si homines, & Philosophi potissimum ignoracionem Dei caesentur, illos eo nomine criminis reos dicit, quippe qui nec Dei ignoracionem ullam præfendere, nec Creatoris in Creaturam transferre cultum possunt impunè. Tandem adversam statuit sententiā opinioni Epicureorum, & Saduceorum, anime immortalitatem, ac post obitum judicium, & pœnarum premiorumque retributionem negantium. Stilum etiam acuit in præcipuos Philosophorum errores, solidum ad philosophiam iter simul demonstrans. Dogmata de peccato originali, de lapsu & pœnitentiâ primi Parentis, de pœnarum præriorumque retributione in altera vita disertius ibi, quàm alibi unquam in Veteri Testamento, traduntur. Præclarum sane monumentum ad asfruendam vetustatem & veritatem eorum dogmatum apud Judæos.

Sex priora capita veluti præfatio toti Operi præfixa, novem priora Proverbiorum capita compendiariò continent, quibus etiam atque etiam urgentur Reges, ut se totos studio sapiētiæ impendant. Septimo & octavo capitibus Salomon (hoc enim nomen Author præterdit) exemplo suo propofito, quam tenuerit viam ad sapiētiā, exponit. Latè proinde persequitur florentissimi Regni sui felicitatem, scientiæ suæ gloriam, quæ omnia ad fidem sunt tertii Regum. Quà religiosus Princeps ad Deum uſus est precacione, dum Regnum iniret, de qua 3. Reg. 3. 6. 7. 8. 9. hæc paraphrastico stilo recitatur cap. 9. Tandem à decimo capite eadem precacio continuatâ serie usque ad Libri exitum perseverat, in qua, variis propofitis exemplis, utilitas Sapiētiæ etiam atque etiam adstruitur; stultorum ac impiiiorum vitia exaggerantur, propofitis unâ simul Justorum & Sapiētiarum virorum præmiis. Finis Operis deesse videtur, sive quodd ab Authore ad calcem deductum non fit, sive quodd absolutum ab ipſo mutilum ad posterum pervenerit. Neque enim incepta, & ad calcem usque Libri deducta oratio suo termino clauditur, cùm aliquin claudendam consilium Authoris exigeret.

Prætereunda hinc à nobis de Authore Libri, & tempore scripti Operis disquisitione, qua de re in peculiari Disſertacione commodiùs agetur. Textus originalis Grecus est, qualis ad nos tram usque ætatem perseverat; neque enim scriptum unquam Opus Hebraicè videtur, quicquid Authores nonnulli contenderint (y). Nulli enim, vel saltem rari in eo Libro Hebraicè, nullè ad genium linguæ constructè periodi. E Prophanis etiam quandoque phrasibus derivantur, ut illæ de Gigantibus in aquis Diluvii demersis (z); de fluvio Lethe, vel oblivionis (a); de Regno Adis, vel Plutonis [b]; de ambrosia &c.

y *Iſid.* l. 1. *Of.* c. 2. *Lorin. Pref. in Sap. Vide Sext. Sen.* l. 8. *Bibliot. Bellarm.* l. 1. de *Verb. Dei* cap. 13. z *Sap.* 14. 6. a *Sap.* 17. 13. b *Sap.* 1. 14. c *Sap.* 19. 20.

¶ *Vide Corn.* à *Lapid. Pref.* in *Sapi.* pag. 4.

¶ *If.* 44. 9. *Jerem.* 11. *Bar.* 6. *Pfal.* 113. *vel* 114.

¶ *Sap.* 16. 9. & 15. 16.

¶ *Præcipuas in Comment. in extrema ora Codicis adnotavimus.*

(e) *Sec.* Non rarò Platonem habuisse præ oculis Author videtur, vel saltem gnauiter se in ejus lectione exercuisse. Stilus rotundus est & tumens epithetis, obscurus tamen quandoque, & nunquam non poeticus. Judæo Opus non latuit, cùm ab eorum Authoribus interdum laudetur; sed à Græco ad illos derivatum est. Rabbi Moyſes filius Nachman (d) laudat ex magna Sapiētia Salomonis verba illa cap. 7. 7. *Invocavi, & venit in me Spiritus sapiētiæ &c.* quæ ille verba Syriacè, vernacula Hebræorum linguâ Jesu Christi ætate recitat. Scripturæ testimonia crebrò occurrunt; semper tamen juxtâ Septuaginta. Ita e. g. *Sap.* 5. 10. 11. 12. 13. vita hominis umbre comparatur, navi fluctus scindentis, avi aerem sulcanti, sagittæ rectâ ad scopum tendenti, quæ omnia desumpta sunt *Prov.* 30. 19. quo in loco Sapiens juxta Septuaginta enumerat quatuor, quæ ipse cogitatione minime assequitur: *viam Aquila in aere, viam anguis super terram, navis in mari, & adolescentuli in juventute sua:* Hebræus autem legit: *Viam viri in Virgine.* Illud *Sap.* 2. 12. *Circumveniamus justum, ne de manibus nostris dilabatur, quoniam inutilis est nobis,* ex *If.* 3. 10. juxta Sept. derivatum est: *Alligemus justum, quoniam inutilis est nobis: cùm Hebræus habeat: Dicite justo, quoniam bene.* Quæ de plagis Ægypti, nempe de muscis, & scyniphibus ibidem referuntur, à Septuaginta petita sunt. Quæ de Idolis capp. 42. & 44. omnia toridem serè verbis recurrunt in *Isaia*, *Jeremia*, *Baruch*, & *Psalms* (e).

Latina vulgata Versio alium habet à S. Hieronymo Authorem; manet etenim ex veteri Vulgata obtinente in Ecclesiâ, ante S. Doctorem, & ab ignoto Authore primis Ecclesiæ sæculis ex Græco adornatâ. Latinam linguam minis Author ille callebat; quare voces adficebat minis elegantes (f): honestatem ponit pro divitiis; honestum pro locuplete; respectum, sive visitationem pro punitione; supervacuam pro adversario, & nociuo; supervacuitatem pro gloria fuco & jaçantia. Textui originali religiosè adhæret, ut verba ipsa reddere curet; quare sermonis ornamenta omnia, & periodos ad genium linguæ Latine volens libensque negligit. S. Hieronymus in Præfatione ad Libros Salomonis, proficitur quidem recensuisse se ad veterem Versiōem Septuaginta Proverbia, Ecclesiastem, & Cantica; abstinuisse verò à Sapiētia, & Ecclesiastico. Variantes modicæ sunt in Exemplaribus Græcis, abundant tamen in Latinis, cum plures resultant ex Editionibus Complutensi, Antuerpiensi, & Sixtina ann. 1590. In Bibliis Clem. VIII. & in Vulgata correctæ sunt [g].

Ejus Libri autoritas non æquè semper unanimi consensu in Ecclesiis recepta est; cum enim omnes æquè Christiani conveniant his Libris recipiendis, qui Hebraicè scripti, & in Hebræorum Canone relati. Synagogâ tradente, ad Ecclesiam transfissi fuissent; in cæteris verò Græcè scriptis, ut Sapiētiâ, & Ecclesiastico, non una esset omnium Ecclesiarum sententiâ;

suspendendum judicium suum in ea re tantum censuit Ecclesiâ, quandiu post longas meditationes, & disſusiones. veritatem in aperto non posuit. Quæ anlaceps, atque diutina Ecclesiæ deliberatio fati probat, non fortuito illam casu nec indifcussa causâ sententiâ tandem suam protulisse. Librorum primis Ecclesiæ facultis raritas, Ecclesiarum inter se distantia, cogendorum Conciliorum difficultas in causa fuerunt, cur singulæ Ecclesiæ suam retinerent traditionem, hisce Libris probandis rejiciendisque; donec tempore & disſusione explorata veritas, unanimi omnes consensu, & regulâ conciliavit.

Quæ contra hujus Libri autoritatem proferuntur, sunt, r. vix credi potuisse, Philonem Judæum, cui Opus tribuitur à nonnullis (h), Divina inspiratione in scribendo ufum fuisse; vir enim fuit Judæorum Sacris ad obitum usque addidissimus, à Jesu Christo & Evangelio alienus. 2. Ancipites hærent veteres PP. (i), an Librum recipiant, quem proinde ad Authores dubios, & à pluribus Ecclesiis non probatos rejiciunt (k). Quin & recentiores quidam Interpretes, uti Lyranus hic, & Cajetanus in Esther ad fin. è numero Canonico expungendum censent. 3. Deest in canone Judæorum, quos latuisse Opus ante Christum videtur. 4. Ipse suam Liber notam reprobandi exhibit; plura enim offert ex Evangelio, & Scriptis Apostolicis expressa; repugnantia etiam nonnulla cum veteribus & Divinis Scripturis, additamenta tandem consultò, uti quidem videtur, apposita. Sed hisce satis reposuimus in corpore huius Prolegomeni; quæ verò de Philone, atque de locis ex Evangelio, & Libris Apostolicis in Sapiētiâ expressis, in Disſertacione de Authore hujus Libri fusè tractabimus. Accusaciones falsitatis in hunc Authorem supra diluimus. Modò agendam de Judæis, atque Veteribus quibusdam, apud quos hujus Operi autoritas nutat.

Judæorum autoritas nunquam magni in Ecclesia habita est; maximè recentiorum Judæorum, quorum livor & prava in Religionem Christianam ac fidem studia exploratissima sunt. Apostoli, quibus sanè major debetur fides, plura ex eo Opere in rem suam derivant (l); è quibus potius deductum quicquid in Sapiētiâ legitur, non nisi gratis, & repetitò, ut ajunt, principio assereretur. Ex Apostolis autem ad Fideles Liber ille devēit, acceptumque ab Ecclesia veluti Divinum depositum, servatum semper, & tanquam Scriptura Divina habitum est. Testimonio quorundam Veterum de autoritate ejus ambigendum, turbam opponimus Scripturæ omnis ætatis, unanimi consensu inter Libros Canonicos hoc Opus cooptantium (m). Tandem, ut aliquorum scrupulos evellamus, qui ex Antiquitatis dubitatione sibi etiam in ea re ducunt ambigendum, afferimus in medium Concilium Carthaginiense III. an. 397. Sardicēse an. 347. Constantinopolitanum in Trullo an. 692. Tolentanum XI. an. 675. Florentinum an. 1438. &c.

h *Hieron.* in *Prolog. in lib. Salom.* *Lyran.* *Dion.* hic. *Galatimus* l. 1. de *Arca.* cap. 4. *Vires in August.* de *Civitat.* l. 17. cap. 20. i *Athan.* in *Synopsi.* *Epiph.* lib. de *pond. & mensur.* *Hieron.* *Prolog. Galat.* & in *Zach.* 8. & l. 1. & ep. 115. k *Jo.* *Damas.* l. 4. de *Fid. Cath.* c. 18. *Melito* *epist.* ad *Onesim.* *Orig.* in *Ps.* 51. *Euseb.* l. 4. *H. Eccl.* c. 28. & *Laudicena Synod.* *Athan.* *Epist.* *Festal.* *Gregor. Nazian.* *Cyri.* *Jeroly.* *l.* &c.

l *Confer* *Matth.* 13. 43. *Justi fulgebunt sicut Sol in Regno Patris eorum;* cum *Sap.* 3. 7. *Fulgebunt Justi & tanquam scintilla in arundinetis discurrent.* *Et* *Matth.* 27. 43. *Confidit in Deo, liberet nunc si vult eum; dixit enim: Quia Filius Dei sum; cum Sap. 2. 18. Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum.* *Et Rom.* 1. 20. *Invisibilia enim ipsius per ea, qua facta sunt intellecta concipiuntur &c.* *Sap.* 3. 1. *Vani autem sunt homines, in quibus non subest scientia Dei &c.* *Rom.* 11. 34. *Quis enim cognovit*